409 cippus marmoreus. Inter rudera Ostiensia nuper rep. FABRETTI, a. 1696 GORI. In salinis urbanis sub Aventino, translatus in urbem iussu senatoris Andreae del Rosso e portu Ostiensi BIANCH. Florentiáe in aedibus Antonii del Rosso senatoris GORI. Nunc Florentiae in museo.

C N · S E N T I O · C N · F I L
C N · N̄ · T É R · F E L I C I
D E C · D E C R · A E D I L I C I Ó · A D L · D · D · D · A D L
Q · A · O S T I E N S · II̅ · V I R · Q · I V V E N V M
HIC · PRIMVS · OMNIVM · QVO · ANNÓ · DEC · ADL · EST · ET
Q · A · FACT · EST · ET · IN PROXIM · ANNVM · II̅ · VIR · DESIGNAT · EST
QVINQ · CVRATÓRVM · NAVIVM · MARINAR · GRÁTIS · ADLÉCT
INTER · NAVICVLAR · MARIS · HADRIATICI · ET · AD QVADRÍGAM
urceus FORI · VINARI · PATRÓNÓ · DECVRIAE · SCRIBÁR · CÉRARIÓR patera
ET · LIBRARIÓR · ET · LICTÓR · ET · VIATÓR · ITEM · PRAECONVM · ET sic
ET · ARGENTARIÓR · ET · NEGOTIATÓR · VINÁRIOR · AB VRBE
ITEM · MENSOR · FRVMENTARIÓR · CERERIS · AVG · ITEM · CORPOR
SCAPHARIOR · ET · LENVNCVLARIÓR · TRAIECT · LVCVLLI · ET
DENDRÓPHORV́M · ET · TÓGÁTÓR · Á · FORO · ET · DÉ · SACOMÁR
ET · LIBERTÓR · ET · SERVÓR · PVBLICÓR · ET · OLEÁRIÓR · ET · IVVEN
CISIANOR · ET · VETERANOR · AVG · ITEM · BENEFICIARIÓR · PRÓC
AVG · ET · PISCATOR · PRÓPOLAR · CV́RATÓRI · LVSV́S · IVVENALIS
C N · S E N T I V S · L V C I L I V S
G A M A L A · C L O D I A N V S · F
P A T R I · I N D V L G E N T I S S I M Ó

410 inter Ostiensia Cartonii SART. Nunc Romae in repositis musei Lateranensis.

D · | *m*
V E R A T *iae*
L A C A E N A *e*
SENTIVS CLODI
ANVS ET SENTIA
C E L E R I T A S
F E C E R V N T

Descripsit Detlefsen, recognovi ipse. Sarti ms.
Vv. 1—5 scripti in spatio depresso fortasse substituti sunt in locum tituli antiquioris vel verborum male exaratorum. — 4. 5 Sentius Clodianus videtur esse is qui posuit titulos n. 377 et 409 nondum a Lucilio Gamala adoptatus.

Descripsit Henzen, vidi ipse. Fabretti 731, 450; Bianchini cod. Ver. 397 f. 33 descripsit mense Febr. 1706; Gori inscr. Etr. 1 (1727) 308, 50 (inde Vulpi Lat. 6, 208). Orelli 4109.

Cn. Sentio Cn. fil. | *Cn. n. Ter(etina) Felici* |, *dec(urionum) decr(eto) aedilicio adl(ecto), d(ecurionum) d(ecreto) d(ecurioni) adl(ecto)* |, *q(uaestori) a(erari) Ostiens(ium), IIvir(o), q(uaestori) iuvenum* 1) | — *hic primus omnium, quo anno dec(urio) adl(ectus) est, et* | *q(uaestor) a(erari) fact(us) est et in proxim(um) annum IIvir designat(us) est* — | *quinq(uennali) curatorum navium marinar(um)* 2), *gratis adlect(o)* | *inter navicular(ios) maris Hadriatici* 3) *et ad quadrigam* | *fori vinari* 4), *patrono decuriae scribar(um) cerarior(um)* | *et librarior(um) et lictor(um) et viator(um)* 5), *item praeconum et* | [errore quadratarii *et* bis positum est] *argentarior(um)* 6) *et negotiator(um) vinarior(um) ab urbe* 7) |, *item mensor(um) frumentarior(um) Cereris Aug(ustae)* 8), *item corpor(atorum)* | *scapharior(um) et lenuncularior(um) traiect(us) Luculli* 9) *et* | *dendrophorum et togator(um) a foro et de sacomar(is?)* 10) | *et libertor(um) et servor(um) publicor(um)* 11) *et olearior(um)* 12) *et iuven(um)* | *cisianor(um)* 13) *et veteranor(um) Aug(usti)* 14), *item beneficiarior(um) proc(uratoris)* | *Aug(usti)* 15) *et piscator(um) propolar(um), curatori lusus iuvenalis* 16) | *Cn. Sentius Lucilius* | *Gamala Clodianus f(ilius)* 17) | *patri indulgentissimo.*

1) collegium *iuvenum* Ostiense aliunde non innotuit.

2) *corpus curatorum navium marinarum* memoratur etiam n. 363. 364.

3) *corpus* (naviculariorum) *maris Hadriatici* memoratur etiam in titulo musei Vaticani, quem nolui hic omittere praesertim cum fortasse Ostia Romam adlatus sit:

L · S C R I B O N I O I A N V A R O
N E G O T I A N T I V I N A R I O
I T E M · N A V I C V L A R I O · C V R
C O R P O R I S M A R I S H A D R I A T I C I
L · S C R I B O N I V S F E S T I V V S
F R A T E R · E T
M · M A N L I V S C A L L I C A R P V S
S O C E R · F E C E R V N T
ET · LIB · LIBERTAB · SCRIBONI · POSTERISQVE · EORVM

Editus est vol. VI n. 9682 descriptus ab Henzeno.

4) scilicet *item gratis adlecto* in collegium aliquod consistens *ad quadrigam fori vinari*, fortasse collegium *negotiantium fori vinari* vel *collegium geni fori vinari* utrumque memoratum n. 430. Forum vinarium Ostiae praeterea memoratur n. 376, 24.

5) sunt decuriae apparitorum duovirum et aedilium Ostiensium.

6) quam apte coniungantur praecones cum argentariis sive coactoribus argentariis, docuit Mommsen Hermae vol. 12 p. 94. 100.

7) negotiatores vinarii ab urbe fortasse non diversi sunt a *corpore vinariorum urbanorum et Ostiensium* memorato n. 318.

8) de corpore mensorum frumentariorum dixi supra ad n. 2. Agnomen *Cereris Augustae* non eget explicatione. Conferri potest quod supra n. 2 quinquennales corporis mensorum puteum refecerunt *monitu sanctissimae Cereris et Nympharum*.

9) vide supra ad n. 252/3. 254.

10) cf. n. 309.

11) cf. n. 32. 255.

12) significantur puto mercatores olearii.

13) cisiani fortasse non diversi sunt ab eis qui alibi dicuntur cisiarii.

14) veteranos Ostiae consistentes in collegium coiisse ex hoc titulo discimus.

15) videtur significari procurator annonae Ostiensis.

16) cura lusus iuvenalis num pertinuerit ad idem collegium iuvenum, cuius quaestor fuerat Sentius Felix, ignoratur.

17) Idem Cn. Sentius Lucilius Gamala Clodianus titulum n. 377 dicavit memoriae P. Lucili Gamalae quem item nominat patrem. Quaeritur uter ei fuerit pater naturalis, uter adoptivus. Mommsenus (in actis minor. Lipsiensibus 1849 p. 298, cf. eph. ep. 3 p. 324) Lucilium Gamalam habuit pro patre eius naturali, Sentium Felicem pro adoptivo; ita ut is qui fuit ante adoptionem P. Lucilius Gamala acceperit a patre adoptivo nomina Cn. Sentii, non acceperit cognomen Felicis. Magis crediderim Cn. Sentium Clodianum, Cn. Senti Felicis filium naturalem, adoptatum a Lucilio Gamala ex more saeculi eius nomina suis interposuisse retento antiquo praenomine. Cf. etiam ad n. 410.

411 Ostiae in episcopio.

C N · S E R*gius*
A V G V S T A*lis*
C N · S E R G*io*
D · D · DEC · ALLE*cto*
S E R G I A E · P Y R*allidi*
CN · SERGIO · MA
LVCILIAE · OPSEQ*uenti*

LIBERTIS · LIBERTABVS
in fr. P · XXX *in agr. p.*

Descripsi.